Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1693
Quelle:
Copyright:

cas XLIX. ejus vero loco adtexta est primum Institutio quaedam: *Quomodo sit orandum*, dein succedunt *Sermones* aliquot de Natali et Passione Domini, et Miraculum S. *Marci*, et tum demum, certe Librarii errore, haec formula: *Explicit summa magistri alani de arte predicandi. Finitus est sabbato post festum sancti Jacobi apostoli maioris In Anno domini ab incarnatione eiusdem Millesimo Trecentesimo.* LX. IX°.

VI. *fol.* 259. p. 2. Sermones III. Prior de Spiritu S. in illud: *Paraclitus spiritus sanctus. Joh.* 15. *In verbis istis circa missionem s. s. tria tanguntur* &c. Alter Dom. XI. post Pentec. in illud: *Aperte sunt aures eius* &c. *Matth.* 7. *In istis uerbis describuntur duo* &c. Tertius de extremo Judicio in illud: *Tunc videbunt filium hominis in nube* &c. *Luc.* 21. *Postquam in precedenti sermone de libris eterni iudicis diximus* &c.

CCCCXXXI.

923 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 222. 4. probe scriptus et rubricis distinctus Partes *Scripturae sacrae* per *Quadragesimam* in Ecclesia legi solitas exhibet, ita exaratas, ut inter lineas locus relictus sit Commentariis, qui charactere minori inseruntur. Initium ductum est a die *Cinerum* hoc modo: *Imutemur habitu, in cinere et cilicio ieiunemus et ploremus ante dominum.* Ubi Commentarius: *Hijs verbis omnes generaliter invitamur ad penitentiam, que principaliter in quadruplici consistit opere prout verbis propositis demonstratur* &c. *Joh. Hussi* Opus est, ut dictum *Cod.* praeced. quem consule; sed hic plenius, et desinens in *Domini Passionem* e IV. Evangelistis concinnatam, quae legitur etiam in *Opp. omn.* edit. 1715. T. II. p. 8. Glossae *bohemicae* per totum vagantur. Ad calcem adduntur: *Sermo de Resurrectione* in illud: *Resloruit caro mea. Ps.* 27. imperfectus. Expositio Antiphonae *Regina Coeli*, et Contemplatio Passionis Dominicae, quae incipit: *Postquam perpendo iniuriam que facta est Christo nocte hac* &c. quam pariter inchoatam destituit Librarius.

CCCCXXXII.

Codex chartaceus lat. Sec. 922
XV. Folior. 236. 4. ab una manu in Bohemia exaratus et rubricis distinctus continet sequentia: I. *Incipiunt dicta Magistri Johannis de Hussynecz contra Cruciatam fulminatam per johannem papam vicessimum tercium in ladislaum Regem napulie* (Neapolis s. Apuliae) *cum suis complicibus Anno domini M°. CCCC°. XIII.* Initium: *Triplici ratione ad presens negotium vrgeor* &c. Nihil hoc negotium ad *Hussum.* Tractatus iste alias etiam *de Indulgentiis* inscribitur, extat edit. *Opp.* 1715. T. I. p. 215. Vide et *Indicem.*

II. *fol.* 21. p. 2. *Sequitur alia Replica in secundo actu Magistri*